Quelle: http://manuscripta.at/?ID=9001
Copyright: Melk, Benediktinerstift

82.

D.XVIII. Iustinus maior (iunior) anni viii. Iustinus plurimos regno suo in Italia occidit. et cum Vitaliano fedus percussit. quem tamen postea occidit.

D.XVIIII. his temporibus Erkenfridus praefuit Laureacensi ecclesiae paulo ante S. Rudberti in Bavariam introitum

D.XX. [illegible] Hoc anno S. P. N. Benedictus in sacra specu [illegible] Regulam [illegible]

D.XXI. Theodoricus sanctum Iohannem papam carceris afflictione peremit. Symmachum patricium occidit. [illegible]

D.XXII. Clodoveus qui et Ludowicus rex francorum xxx. regni anno mortuus. et parisius sepelitur. [illegible]
Theodoricus subitanea morte ravenne periit. post quem athalaricus nepos eius regnavit annis viii.

D.XXIII. Hoc tempore Hildericus rex uuandalorum episcopos ab exilio reverti iubet.
[illegible]

D.XXIIII. His temporibus sanctus Benedictus pater virtutum gloria claruit. (apud sublacu) [illegible]

D.XXV. Iustinus iustinianum regni consortem et successorem faciens obiit.
[illegible]

D.XXVI. Iustinianus iustini ex sorore nepos annos xxxviii. Iustinianus parthos bella moventes misso exercitu superavit.

D.XXVII. Hoc tempore athalaricus matre amalsuinta regente regnavit Italie.

D.XXVIII. Parthi romanum exercitum sabbato pasche vincunt.

D.XXVIIII. Mortuo athalarico amalsuinta theodoaldum regni consortem fecit.

D.XXX. Justinianus templum celeberrimum [illegible] Constantinopolim construxit [illegible]

D.XXXI. Amalsuinta theodoaldo iubente occisa est.